



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè
fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentissimis Dei


Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1701

VD18 90029526

Ex Commissione Admodum Reverendi Magnifici ac Amplissimi Domini
Joannis Ernesti Schubert ...


urn:nbn:de:hbz:466:1-45487



Ex Commisfione

*Admodum Reverendi Magnifici ac Amplif-
simi Domini Joannis Ernesti Schubert SS. Theo-
logiæ Doct̃oris Ecclesiæ Collegiatæ ad S. Jacob. Deca-
ni, Eminentissimi Principis Electoris Mogunt. ac Episc. Bam-
berg. in Spiritualibus Vicarii Generalis Protonotarii
Apostolici, ad S. Martinum Pro-
Parochi &c.*

PERSCRUTATUS sum assiduè & accuratè Consulta-
tiones Theologicas & Spirituales Christiani
verè devoti, verè fidelis de Execllentiis Dei per
Reverendum Patrem Isaacum Oxoviensem Ca-
pucinum Guardianum, olim Diffinitorem ac Con-
cionatorem, ex Gallico Idiomate eleganti & di-
lucidâ latinitate doct̃issimè donatas, & scrutan-
do inveni in eis aurifodinam tot venis prædivitem,
quot Consultationibus constantem, quæ non alio
gravidæ sunt auro, quàm illo Ignito, cujus splendo-
re corda legentium superno lumine illustrantur, &
cujus ardore affectus piè meditantium igne divini
amoris accenduntur: Cui comparando is solus
parcüs erit, cui & libri hucusque nunquam sub hoc
schemate evulgati rara & grata Methodus ignota,
c & ma-



& materiæ in illo contentæ gravitas occulta fuerit.
Ut igitur Consultationes præfatæ omnium oculis,
magis verò animis, pateant, & sibi aliorumque sa-
luti exindè consulere valeant, cùm nihil Catholicæ
fidei & sanæ Doctrinæ contrarium contineant, sed
Spiritu supernæ intelligentiæ ac incentivo divini
amoris refertissimæ sint, prælo dignissimas judico.
Bambergæ 5. Februarii Anno salutis 1700.

J. STANISLAUS Herbipolensis
Capuc. Guardianus Indig.

CUM Consultationes Theologicæ ex industria
Admodum Reverendi Patris Isaacii ex Gallico
Idiomate in Latinum versæ, accuratæ disquisitioni
subjectæ, & nihil in iis Orthodoxæ fidei aut bonis
Moribus contrarium, sed Animarum saluti omni-
nò proficuæ repertæ fuerint, ideo earundem im-
pressio ad divulgatio permessa fuit. Actum Bam-
bergæ 4. Junij Anno 1701.

JOANNES ERNESTUS SCHUBERT,
SS. Theologiæ Doctor, Protonotarius Apo-
stolicus ad S. Jacobum Decanus, & per Dice-
cesin Bamberg. Vicarius in Spiritualibus
Generalis.

CEN-